UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 34. Exauctoratio peditum sagittariorum: Helvetii eis subrogati

urn:nbn:de:hbz:466:1-66444

Visual Library

Sæcul. XV.
A.C. 1480.

§. XXXIV.

Exauctoratio peditum Sagittariorum, Helvetii eis ſubrogati.

Francs-archers

Pactis cum Maximiliano induciis Ludovicus militum ſuorum numerum diminuere ſtatuit, omnesque pedites Sagittarios, quos Carolus VII. conſcripſerat, penitus exauctoravit; eoquod non modo miſeram plebem ſuis rapinis immodice vexarent, ſed etiam non raro cupiditate prædæ plus nocerent, quam in præliis prodeſſent; id etiam nuperrime contigerat in prælio Guinegetano; hinc Rex eorum loco validum Helvetiorum agmen in Franciam accivit, eisque itineris ſumptus ſuppeditare promiſit. Hi cum Ludovico Rege Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo fœdus inibant, vi cujus ſex millia ſuorum, qui in Franciæ Regno ſtipendia mererentur, ſubmittere pollicebantur. Porro Helvetiis haud amplius, ac olim ſagittariis peditibus, ſclopeta dabantur, ſed fariſſæ longæ, atque ampliores haſtæ, necnon largi admodum enſes haud multum ab acinacum forma abludentes, eoque armorum genere poſtmodum nonnullæ etiam aliæ Gallorum legiones inſtruebantur.

Chron. ſcand. Lud. XI. apud Comm. to. 2. p. 263.

§. XXXV.